



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

IV. Iac. Sadoletvs Cardin. Ioanni Saluiato, Cardin. S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

parui admodum momenti est) quam vt pietati meae erga
satisfaciam. Sed vt ad id quod primo proposueram reuertar
pio maiorem in modum, doctissime humanissimeque Rodolphi
vt me, siue loquentem tecum per literas, siue etiam tacente
manere tamen semper in eodem amore & obseruantia erga
tibi plane persuasum habeas. Vale. Carpent. VII. Calend. Decem.
M.D.XLI.

IV.

IAC. SADOLETYS CARDIN. IOANNI SADOLETO
uiato, Cardin. S.P.D.

NE me forte putes tui oblitum esse, & quoniam de gloriam
brum, quem tuo nomine scribendam susceperam, non
persequutus, in alias me curas & cogitationes remotas a
amicitiæ memoria aduersum esse accipe argumentum multo gra
uius, (vt ego arbitror) & vtriusque nostrum personæ accommo
datus: quod ego de Exstructione catholicae ecclesiae exortus
tuoque id nomini dicavi, vt quoquo modo possem, tuis erga
meritis gratiam aliquam referrem. Huius ego operis duos lib
ros confeci: sed cum prior liber aliquanto videretur esse limat
or, non duxi procrastinandum, quin mitterem eum ad te, vt
spicere primò quoque tempore posses. Salutate amplissime, quam
in intimis meis sensibus fortiter inhaereres. Videbantur duo ad
huc restare libri, quos vt absolueram atque perferam, maxime
dem mihi cura est. Sed omnino magnitudine rerum impeditur
vis ingenii nostra: etsi animo quidem sumus alacres, sed
piti hand ita firmi. Est autem quòd Deo habeatur a nobis gratia,
quod hoc otium, quod oblatum fuit nobis quasi fortuito, ita
expetendum, vt nobis diuina quadam sorte donatum fuisse
deatur: quo in hisce curis, & spediidissimis (vt ego iudico) animi
mentisque agitationibus, traducere tempus possemus. Quam
quam non desunt in hac quoque licet exigua mese ecclesiarum
diocesis procuracione, occasiones honestissimæ, quæ verum
prudentiamque requirant: quam vtinam nos prestare sic poss
amus, vt ea & saepe a nobis, & vehementer exquiratur. Sed tam
cùm illam animi iucunditatem, quæ ex rectè factis suauissimè
percipitur, præcipuè nobis propositam habeamus, Deo bonis
scribitur) mentibus occurrente: nihil est quod non illius op
auxilio freti, in nostro munere obeundo, & inspicere posse, & ge
re confidamus. Quod ad studia bonarum artium pertinet, quan
do quidem nec mihi in otio consenscendi consilium est, & nihil
nunc præstantius propositum est quod agamus, potes existimare,
Salutate, me & diurnis & nocturnis lucubrationibus ac vigiliis

aliam operam daratum esse, quo laboranti Christianae Rep. non subsidium per me repugnantibus temporibus, ac subueniendi tamen cupiditas, & boni sacerdotis officium praesto esse videtur. In quo duplicem assequar fructum. Nam & religioni praestabo pietatem quam debeo, & multorum a me insignium praestantiumque virorum, quorum mihi & virtus & dignitas est condonem ac memoria literis mandabitur. Verum haec posterius. Illud te rogo, vt cum liber factus apud te fuisse videbitur, Romam postulatam ad Contarentum nostrum remittas ad quem ego hac de te scribo, vt tibi quoque tanti viri gravitate & scientia, & eorum quas ille adhibuerit iudicio, diutius perpendi & omni ex parte exciri diligenter possit. Quando quidem quae de religione scripta sunt, non erratis solum, sed etiam omni vel minima errorum suspitione carere debent. In quo nos libenter doctorum hominum iudicia reprehensionesque subire semper parati sumus. Te valebis optime Salutate, & nos quod facis diliges. Carpent. V. Idus Decemb. M.D. XXXIX.

V.

IAC SADOLETVS CARDINALIS ALEXANDRO Caesarino Card. S.P.D.

Non sum ausus dare ad te antehac quicquam literarum, quod cum res non esset vlla digna que scriberetur, inanem sermonem literarum tibi iniucundum fore putavi. Etsi me quidem ad scribendum sepius stimulabat cum mea insignis erga te observantia, simul & benevolentia: tum illud iudicium quod ego de tuis eximio virtutibus praclarum iam pridem feci: posteaquam cognoscerem scripta in senatu tuis audiendis notandisque sententiis, quae tua essent Christiana Rep. mens, quam rectus sensus: vt prudens, & praecautus explicandis, ex tuo ore manaret oratio. Verum, vt cum, verius occupationem & gravitatem tuam, nihil adhuc ad te scripsi. Nunc cum & magna res mea agatur, (siquidem nihil mihi ad huc populis qui in fide mea sunt, esse disunctum potest) & in tua non solum autoritate & gratia, quam ego permagni facio, verum humanitate etiam & bonitate, magnam mihi spem habeam propositam, ea consequendi, quae huic provinciae salutaria esse possint: constitui scribere ad te, & tibi vel imprimis eorum populorum meorum commendare: omni te animi studio deprecans, vt quamquam mea erga te merita nulla admodum sint, tamen ex te equidem permulta esse, quo meum erga te studium atque animum cognoscere potuisses: tu tamen nobilitate & libertate naturae tuae adductus, suscipias horum patrociniu[m] populorum: atque in eis rebus obtinendis, quas ipsi iustas honestas que